







DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS
SISTENS
LEGVM HASSIÆ CASSELLANÆ
CIRCA COMMVNIONEM BONORVM
INTER CONIVGES VICISSITVDINES

QVAM

RECTORE ACADEMIAE ERNESTINAE
MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
D O M I N O

G V I L I E L M O IX.

HASSIAE LANDGRAVIO RELIQA.

ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS CONSENSV
PRAESIDE

D^N. CAROLO OTTONE GRAEBE

JVRIVM DOCTORE ET PROFESSORE RVBL. ORD.

H. T. ACADEMIAE PRORECTORE

PRO GRADV DOCTORIS

D. X. SEPT. MDCLXXXVII.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

PHILIPPVS GVILIELMVS DIEDE

HASSO - CASSELLANVS.

RINTELII, TYPIS ANT. HENR. BOESENDAHL. A. T.

(XVIII B)

IV. 10
16

1787



VE
O
E
I
AT
T
N
L
CH
IO
O
R
E
D
R
R

UNIVERSITÄT JENAS
FACULTÄT I
PHYSIKALISCHES INSTITUT
VERZEICHNIS DER
BIBLIOTHEK
DES
PHYSIKALISCHEN INSTITUTS
VON
D. M. I. O.
G. W. I. M. O. IX
JANUAR 1890
VERLEGT VON
FRANKE
IN JENA
H. T. ACADEMISCHER BUCHHÄNDLER
UND DRUCKER
VERLAGSSTELLE
JENA
PHYSIKALISCHES INSTITUT
BIBLIOTHEK



SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
GVILIELMO IX.

HASSIAE LANDGRAVIO, PRINCIPI
HERSFELDIAE RELIQA

PATRI PATRIAE

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

PERMISSIMO AC POTENTISSIMO

PRINCIPIS AC DOMINO

GWILIELMO IX.

HASSIAE LANDGRAVIO PRINCIPIS

HERSVELDIAE BRUNSA

PATRI PATRIAE

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

SERENISSIME AC POTENTISSIME

PRINCEPS

DOMINE CLEMENTISSIME!

*E*tsi mihi ipse audacior, quam esse soleo, factus videor,
nomini Tuo hasce studiorum meorum primitias inscribens,
tamen ut Te litterarum beneficio alloqui sustineam, faci-
unt, cum insignis Tua in omnes bonarum artium cultor-
es indulgentia, tum cogitatio quod cum Hassia, cujus
Tu clavum geris mihi patria sit, quidquid in doctrinae
studio mihi successerit ad Te patriae patrem redundare
debere videatur.

Accipe



SERENISSIME AC TOTENTISSIME

PRINCEPS


DOMINE CLEMENTISSIME!

*Accipe itaque munusculum tenue, nec tanto fasti-
gio dignum qua soles fronte, cuius voti si damnatus
fuero, equidem praeclare de me actum existimabo.*

SERENISSIMO NOMINI TVO

subjectissimus & devotissimus

P. G. DIEDE.



L. S.

Non dubito fore plerosque quibus praeceptis immaturumque videatur, quod cepi, consilium, de communionem bonorum conjugali, ex jure Hassiae, dulcissimae Patriae, agendi maxime quod argumentum hoc vel eos qui dudum in foriperistyliis versati fuerunt teneat impeditos, neque ab homine scholae praeceptis unice innutrito, pro sua dignitate, tractari queat. Sed errabit profecto, quisquis sibi imposuerit animum, mihi esse absolutam argumenti de communionem bonorum inter conjuges Hassiae tractationem exhibendi.

Præterquam enim quod tanta ejus sit ubertas ut paucis id pagellis fieri nequeat, ita tenuitatis meae haud immemor nihil aliud apud animum constitui, quam legum quibus Hassia Castellana circa communionem bonorum conjugalem hactenus usa fuit, recensum instituere, praestolaturus avidissime, ut argumento huic patrii juris nobilissimo justo commentario illustrando manus



manum admoveat Vir, juris cum scientia tum arte fatis instructus, ad componenda quae in foris haecenus super sunt dubia quam gravissima. Mihi utpote diligentiae specimen saltem exhibituro suffecerit, sanctiones nonnullas, quae in vulgus ignorantur, ceu symbolam aliquam, praesenti libello attulisse. Equidem haud ignoro Joannem Jacobum Frankium¹⁾, pridem idem argumentum sibi sumsisse tractandum. Verum enim vero quod ille ultra annum MDCCXLV haud progredi potuit, progressus juris recentiores, maxime spicilegii instar, proposuisse juvabit. Caeterum si quas maculas aut fuderit incuria, aut humana parum caverit natura, veniam dent rogo mihi, qui quam non excellam apprime novi, censores, a quibus


Calculus immitem demittitur ater in urnam etc.

- 1) Dissertatione inaugurali sub titulo: Quatenus uxores in Hassia nostra secundum §.XXXVIII, XXXVIII & XXXX. Ordinationis saluberrimae de anno MDCCXXXV dimidiam aquaestus lucrentur, & quatenus viceversa ad solutionem aeris alieni obstrictae sint, defensa. Marburgi anno MDCCXXXVII.

§. II.

Juris Hassiaci antiqui, circa communionem bonorum inter conjuges, habitus.

Exposituro mihi quae fuerit juris patrii antiqui, circa communionem bonorum conjugalem, forma, animus haud est, alienae messi falcem immittendo, ad trita illa *Caesaris*¹⁾ atque *Taciti*²⁾ recurrere testimonia, unde prima quasi communionis bonorum, inter conjuges Germaniae, stamina, vulgo, videas derivari, ut inter utrumque auctorem nec in hoc argumento conveniat,



veniat, difficilisque merito videatur diversarum, in quas
 abeunt, sententiarum conciliatio harum rerum intelli-
 gentibus ³⁾. Quum enim in explicanda ponderandaque
 utriusque scriptoris auctoritate, praeter alios, no-
 vissime plane, versati fuerint, *Buchholzius* ⁴⁾, *Groenin-
 gius* ⁵⁾, *Westhusius* ⁶⁾, *Gildemeisterus* ⁷⁾ nec non auctor
 quidam anonymus ⁸⁾: Iliada profecto post Homerum
 cantarem huic argumento imprimis immoraturus, cum
 nihil hanc in rem dici queat, quod peculiari ratione
 Cattorum genti esset proprium.


Missis itaque generalioribus hisce principiis, caput
 causae adgredientes meminisse iuvabit, Hassiam nostram,
 quo nomine, inde a *Caroli M.* temporibus, insignis ille
 terrarum tractus, inde ab ulterioribus, quas *Dimola*
 lambit, partibus, in *Wetteraviam* usque procurrens con-
 spicitur, in duos pagos fuisse divisam, quorum alter
 quippe ad *Angariam* relatus, *Saxonicus*, alter, ceu *Fran-
 ciae* orientalis pars *Franconicus* dici suevit, quorumque
 uterque proprio *Saxonico* prior, *Franconico* posterior
 jure uteretur. In quo argumento, dum incidenter sal-
 tem versari nobis licet, probando quae asseruimus ideo
 magis superledemus, cum, ut concedantur ea post tot
 tantorumque Virorum observationes, jure nobis postu-
 lare videamur. Nominasse suffecerit, qui insigni plane
 doctrinae apparatu eandem sententiam evicerunt *Her-
 tium* ⁹⁾, *Estorem* ¹⁰⁾, *Waldschmidtium* ¹¹⁾, *Kayserum* ¹²⁾, *Sen-
 kenbergium* ¹³⁾, *Grupium* ¹⁴⁾, *Falkium* ¹⁵⁾, Auctorem *Chro-
 nici Gottwicensis* ¹⁶⁾, Virum denique cujus nomen, quoad
 in patriam litterasque meritis stabit honos:

aget pennâ metuente solvi fama superstes,

B

Carolus





*Carolus Philippum Koppium*¹⁷⁾, utut enim, vel cum ignarissimis, sciamus superesse plura in quibus in antiquis hisce dubius haereas, grata tamen mente agnoscimus, *Koppii* imprimis studio, tantum lucis esse adfutum tenebroso huic argumento, ut vel fines utriusque pagi regere, utumque adeo juris, quo utebantur, varii, ex situ praefectarum, determinare liceat.

Atque insigne diversi juris, quo *Hassia* antiqua regebatur, specimen exhibet doctrina de communione bonorum conjugali, quod ut ordine patefiat, primo loco de jure pagi *Hessi Franconici* videamus, addituri deinceps quae fuerint *Saxonum* juris placita in pago *Hessi Saxonico*.

Duas fuisse, quibus numerosa *Francorum* gens regeretur, leges *Eginhardus*¹⁸⁾, auctor est. Quem prisca scriptoris locum dum, post alios¹⁹⁾, de lege *Salica*, atque altera, quae *Ripuariorum* dicitur intelligendum esse censemus, age de utraque videamus singillatim. Atque prior ille legis *Salicae* pactus, (quo nomine post *Baluzium*²⁰⁾ aliosque *Eccardus*²¹⁾, luci donavit hanc legum patriarum collectionem) in poenis criminum statuendis unice fere occupatus, nihil habet quod ad communionem bonorum conjugalem pertineat, utut & nihil, quod eidem esset adversum, in eodem deprehendere liceat. Clare e contra rem loquitur *Ripuariorum* lex, quae communem inter conjuges adhaerentem statuit, ita tamen, ut vidua, non pro rata illatorum, quemadmodum *Visigothorum* lege cavetur, sed tertiam semper bonorum adquisitionum caperet partem. Praecipit super eo argumento *Ripuariorum* lex²²⁾ verbis, quae sequuntur: „Si
„maritus uxori per seriem scripturarum nihil contulerit,
„si

„si virum supervixerit L. solidos in dotem recipiat, & tertiam partem de omni re, quam simul conlaboraverint, sibi studeat evindicare.“ Levi itaque negotio extricari posset quaestio, de qua agitur, modo Hassios Ripuariorum lege usos fuisse statuere liceret. Quum enim Ripuarios inter *Rhenum, Scaldim* atque *Mosam*, in finibus *Spirae* atque *Vormatiae* maxime, habitasse constet²³⁾, prono exinde profuet alveo, leges eorum ad Hassiam nostram nequaquam pertinuisse, nisi Cattimeliboci incolas excipiendos esse ducas. Parum itaque abest, quin otiosa videatur, quam ex jure Francorum suscepimus, disputatio, nisi superessent Capitularia *Caroli M. & Ludovici pii*²⁴⁾, quorum generali sanctione praecipitur, ut uxores ex adquaestu rerum feudalium tertiam partem capiant, reliqua omnia autem inter viduam & heredes aequa lance dividerentur. Verba eorum ita se habent.

„Volumus, ut uxores defunctorum post obitum maritorum tertiam partem collaborationis, quam simul in beneficio collaboraverunt, capiant: & de his rebus, quas is, qui illud beneficium habuit, aliunde adduxit, vel comparavit, vel ei ab amicis suis collatum est, has volumus tam ad orphanos defunctorum, quam ad uxores eorum pervenire.“ Neque de generali sanctionis hujus usu dubitare fas est, quum reginis adeo tertiam adquirentium partem, eo nomine vindictam fuisse scriptorum haud levis fidei evincant testimonia²⁵⁾. Quem admodum autem idem collaborationis praemium in Thuringia quoque viduis cessisse auctor est *Heineccius*²⁶⁾, ita quae superiore loco disputavimus sufficiunt, ut usum juris Franconici in praesenti quoque argumento in pago Hessi Franconico, ex sententia Virorum supra laudatorum, asseramus confidenter. Diversa plane erat juris



Saxonici circa bonorum communionem conjugalem ratio, neque in univ[er]sa Saxonum gente sibi constans. Præterquam enim quod Westphalorum jure, ad quæstus non pro tertia parte, verum ex semisse, viduæ deberetur, ita moribus Ostfalorum & Angrariorum ignota plane fuit communitio illa bonorum conjugalis, quippe secundum quos vidua præter dotem nihil capiebat. Clare hanc in rem ait lex Saxonica²⁷⁾. „De eo quod vir & „mulier simul acquisiverunt mulier mediam portionem „accipiat. Hoc apud Westfalos. Apud Ostfalos & Angrarios, nihil accipiat, sed contenta sit dote sua“. Causa diversi juris *Gaertnero*²⁸⁾ iudice exinde derivanda est, quod lautior dos & dimidia bonorum uxori simul convenire non poterant, quodque, Westphaliæ jure, uxores sobole data, dotem amitterent.

¹⁾ de bello Gallico L. VI. C. 19.

²⁾ Germaniæ antiquæ Cap. 2.

³⁾ *Heineccius* in elementis juris Germ. L. I. §. 233 & 234. *Ayres* de jure connubiorum apud veteres Germanos

⁴⁾ in Diss. super quæstione: „an & quatenus parenti superstiti in communitio bonorum univ[er]sali cum liberis continuata, etiamsi nulla præcesserit eorundem separatio, testari liceat §. 1.

⁵⁾ in Diss. de separatione liberorum ejusque fundamento communitio bonorum secundum statuta Bremensia. S. 1. §. 3.

⁶⁾ in Diss. de origine communitio bonorum inter conjuges, speciatim per diocesan Monasteriensis S. 1. C. 3. §. 8.

⁷⁾ in Diss. de communitio bonorum inter conjuges, maxime ex legibus Bremanis. §. 5.

⁸⁾ in der Abhandlung von der Gemeinschaft der Güter unter den Eheleuten in Teutschland S. 4. Prostat in den neuesten Mannigfaltigkeiten p. 48.

⁹⁾ in notitia veteris Germaniæ populorum P. II. C. 2. §. 2. Opusculorum Vol. II. p. 51.


¹⁰⁾ Sche-

- ¹⁶⁾ in Schediasmate de antiqua Hassiae formula, quod inferuit
Kuchenbeckerus analectorum Hassiacorum Collectioni II.
p. 352.
- ¹⁷⁾ Diff. de antiquis & singularibus quibusdam in Hassia ju-
ribus C. I. §. 2.
- ¹⁸⁾ D. de Hassia a subjectione ducum libera, §. 4. seq.
- ¹⁹⁾ de jure Hassorum privato antiquo pariter atque hodie-
no. §. 13.
- ²⁰⁾ in Observationibus quae disputationibus ejusdem forensi-
bus inhaerent. Obf. II. §. 20.
- ²¹⁾ In Traditionibus Corbejensibus. p. II. §. 33.
- ²²⁾ Lib. IV. §. 201. seq. p. 626.
- ²³⁾ Von der ältern und neuern Verfassung der Geistlichen, und
Civill-Gerichten in den Hessencasselschen Landen. p. I. §. 2. seq.
- ²⁴⁾ de vita Caroli M. C. 29.
- ²⁵⁾ v, quae notavit *Silberradius* ad *Heineccii* hist. juris L. II.
C. I. §. 9. n. (α).
- ²⁶⁾ in Capitularibus regum Francorum.
- ²⁷⁾ in collectione cui titulus: *Leges Francorum Salicae &*
Ripuariorum, cum additionibus Regum & Imperato-
rum variis. Conf. quoque *Corpus juris Germanici* an-
tiqui etc. *Georgischianum* p. 1. sq.
- ²⁸⁾ Tit. 37.
- ²⁹⁾ *Eccardus* in comment. ad *Legem Salicam* p. 207.
- ³⁰⁾ L. IV. §. 9. L. V. §. 295.
- ³¹⁾ *Heineccii* elementa juris germanici T. I. §. 271. n. *.
- ³²⁾ l. c.
- ³³⁾ Tit. 8.
- ³⁴⁾ *Saxonum leges tres*, quae exstant, antiquissimae aetate
Car. M. confectae curante *Gaertnero* p. 87.

§. II.

Medii aevi mores, eorumque cum jure Romano
colliso.

Firmant, si quid video, quae modo disputavimus,
sententiam eorum, qui communionem inter conjuges



Germaniae particularem, cujus, quae adhaerens dicitur communio, insignior species est, universalem aetate vincere docent¹). Neque, statum reipublicae Germaniae cogitando fieri potest, quin convictus concedas, communionem bonorum conjugalem universalem locum sibi vindicare haud potuisse. Foeminae enim dum ad successionem immobilium adspirare haud possent, utpote militia exclusae, juris indivisi bonorum conjugaliu[m] participes haud erant²). Imo cum foeminae indotatae e paterna familia in domum mariti transferent, collatorum bonorum penitus ratio haberi non poterat³). Neque ab arbitrio mariti pependisse, utrum bonorum suorum partem in uxorem conferret voluerit, vel exinde conficitur, quod eorum proprietates ad familiam heredesque ejus spectaret⁴). Nihil itaque reliquum fuit, quam ut uxor stante matrimonio bonis mariti communi saltem uteretur nomine, mortuo autem thori sortio ex iis quae communi labore parta essent, partem aliquam, modo filialem, modo aliam, caperet, in collaborationis, ceu loqui mos erat, praemium⁵). Verum laetius sexui sequiori adfulsit sidus, ex quo juris Romani usus in Germaniam penetravit. Ut enim jus Romanum communionem bonorum inter conjuges ignoret, principia tamen ejus locum dederunt, ut communio bonorum conjugalis particularis haecenus per Germaniam introducta, tantum non ubique, in universalem potuerit transformari⁶). Quum enim ex juris Romani doctrina filiae successionis jure macerentur, neque principiis ejus convenient, quae de jure familiae in bona mariti, modo dici memini; nihil eodem introducto impedimento erat, quo minus conjugum utrique in bona eorundem jus tribuere liceret indivisum. Accedebat, quod



quod ea res favori securitatisque commerciorum adeo prodesset insigniter, ut, vel necessitate flagitante, communionis bonorum conjugalis universalis per Germaniam inoleverit usus?). Clarissima hanc in rem supersunt utriusque Speculi verba. Aperte enim tradit *Epkovius*⁸⁾: „Mann und Weib haben nicht gezeuget Gut in ihrem Leben,“ in quam sententiam descendit quoque, quisquis ille fuerit, juris provincialis Alemannici auctor⁹⁾, tradens: **Mann und Weibe mügendt nicht haben Gut gezeuget.** Meum non est, aliorum serinia expilando, accuratius indagare, quam late medio aevo patuerit speculi, cum Saxonici tum Alemannici per Germaniam auctoritas¹⁰⁾; monuisse, quod fini proposito sufficit, iuabit *Koppium*¹¹⁾ Virum post fata celeberrimum, usum utriusque collectionis in Hassia evicisse, imo *Homburgium*¹²⁾, grande quondam Almae Marburgensis, patriae litterarumque decus, communionis bonorum conjugalis in medio aevo & quae proxime sequebantur temporibus, in patria nostra statum, tanto eruditionis apparatu exposuisse, ut fluctus in simpulo excitare videatur, qui in re admodum clara dubia proferre sustineat.

Neque tamen aetatem tulit, quae passim inoleverat, communicio bonorum universalis. Quantumvis enim eadem naturali aequitati, societatisque connubialis indoli, quippe e qua voces meum & non meum tollendas esse Plato auctor est, conveniat, quantacunque moribus inde a seculis observatis deberetur reverentia, crescente tamen in dies juris Romani auctoritate irrepentibus maxime in fora iudicibus, qui nihil ratum pensumque habentes, nisi quod Latium oleat, mores patriae utut inveteratos, atque naturali aequitate commendabiles alto despicerent supercilio, fieri vix potuit, quin aboleretur, quae



quae haecenus vigerat bonorum communio conjugalis, maxime universalis. Praeterquam quod jus succedendi uxoris, quoad ex communione bonorum universali, in casu matrimonii improlis, aut deficientium pactorum nuptialium pendebat, juris peregrini placitis esset adversum, neque cum doctrina de jure dotis atque illatorum in justam redigi posset consonantiam, ita & obligatio uxoris solvendi aeris alieni maritalis, ex communione illa descendens, beneficiis sexui muliebri Romano jure indultis adeo repugnabat manifesto, ut, quae erat juris peregrini superstitiosa veneratio extirpandae censerentur consuetudines eidem contrariae¹³⁾. Tenacior autem moris antiqui fuisse videtur Hassia superior. Cum enim *Guilielmus III.* anno *MDCCCXCVII.* ditioni illi ordinationem judicariam praescriberet, ¹⁴⁾ cavit, ut si conjuges citra pactum nuptiale matrimonium iniissent stante matrimonio uterque bonis utriusque & communi studio partis utatur communi jure, eodem autem soluto superstes quidem, quoad viveret, usumfructum bonorum haecenus communium retineret, eo autem fatis functo eadem aequa lance inter heredes utriusque dividerentur, ita tamen, ut proximitas heredum conjugis praedefuncti, ex tunc aestimetur. Sequitur proxime sanctio ad conjuges ejusdem negotiationis pertinens, qua praecipitur, ut mortuo marito uxor dimidiam ad quaestus lucretur, ita tamen, ut de dimidia debitorum conjugum parte, creditoribus teneatur. En verba:

Wann Man vnd frawe leib vnd gut on alle geding zusammenbringen, so sol es mitt irem gut, so sie zusammenbringen, oder mit einander in stehender Ehe gewinnen, also gehalten werden, das sie des is leben lang mit einander gebrauchen vnd



und genieffen, und so dann eines vnder inen von tode ou lei-
bes erben abgeheth, soll das ander, bey allen solchen gütern sein
leben lang sitzen bleiben, und so dasselb auch darnach abgehen
wirt, sollen die gütter gleich geteilt, jetweder seits freunden
und erben, halb und halb werden. Doch also, das, der ey-
genthumb des halben theils auf die nächsten Freund, die zeit,
so das erst abgangen ist gefalle und werde. Gewandschneider
und Krämer, die zum Krame, Gewelbe oder Laden sitzen und
gemeines Kauffens und verkauffens warten, Auch Wechsel
und offen markt sitzen, und zu handeln pflegen, auch so man
und weib ire Kaufe und Handthierung zu gemeinen und ir bei-
der gewerbe nahrung und nutz fürnemen, in sollichen und der-
gleichen fellen, auff erkennuß des Richters, so spenne dar-
inn entzündt, sollen man und weib beiderseit zu bezahlen ver-
pflicht sein, doch also, dass die frau an solcher gemeiner
hanterung mit irem man gleichen gewin nemen und empfahen.

Animus erat principi consuetudines discordantes terra-
rum, suo imperio parentium, ad certam revocare con-
sonamque regulam, id quod praefatio dictae ordinatio-
nis innuit. Verum tantum abfuit, ut vota sua impleren-
tur, ut vel post seculi lapsum regrederetur pristina illa
querela disparium consuetudinum. Rem loquitur, cum
rescriptum *Ludovici* quarti, cui cognomen Testatoris de-
dit sequior aetas, quo civitatibus Hassiae superioris in-
junctum novimus, ad diem XXVI. Nov. CIOCLXXII, ¹³⁾
ut de consuetudinibus circa successionem conjugum ha-
ctenus observatis referrent, tum relationum insignis
plane varietas quas integras publici juris fecit *Johan-
nes Georgius Estor*, ¹⁴⁾, relationes magistratus Mar-
burgensis, Kirchhaynensis, Frankenbergensis, Franke-
naviensis, Allendorfiensis ad Lumdäm, Biedenkopfiens-
sis, Rosenthaliensis, Blankensteinensis, Battenbergen-



fis, Giessensis Grumbergensis, Alsfeldiensis, Kirchtorfien-
 sis, Hombergensis ad Ohman, Staufenbergensis, etc.
 quae utut ab invicem differant insigniter plane, in eo
 tamen amice plane conspirant, quod conjugii superstiti
 tribuant usufructum bonorum, sive improle sive prole
 dotatum fuerit matrimonium. ¹⁷⁾ Sufficit id argumen-
 to, tenacem fuisse Hassiam superiorem antiqui moris,
 neque locum adeo facile dedisse juris Romani circa prae-
 lens argumentum auctoritati. Neque aliam rerum faci-
 em fuisse in Hassia inferiori, evincunt cum statuta Cas-
 sellana ¹⁸⁾, anni *MDCCCXXXIX*, tum testimonia de jure con-
 suetudinario civitatis Rotenburgensis ¹⁹⁾, ad Fuldam,
 Helmershufanae, Vicenhusanae, Hofgeismariensis, Li-
 benaviensis, Sontranae, Wolthagensis, Eschwegenis,
 praefectarum denique Beylsteiniensis & Sontravae
 quae luci donavit *Hombergkius* ²⁰⁾. Neque sicco pede
 transire licebit Conceptum juris Hassiaci provinci-
 alis, in quo colligendo inde ab anno *MDCLXXXI* ad
 annum *MDCCXCII*. desudatum fuit, id quod communio-
 nem bonorum aperte loquitur atque praeclarum testi-
 monium exhibet, mores antiquos peregrino jure usque
 dum nequaquam abolitos fuisse. Digna sunt lectu
 verba: *Wiewohl — verbleiben*. Verum procedente
 tempore, exeunte, quantum conjicere datur seculo, pro-
 xime elapso, alia plane apparuit rerum facies. Quemad-
 modum enim in aliis argumentis quam plurimis gradu
 suo dejectos novimus mores patrios juris, peregrini pla-
 citis locum dantes ²¹⁾, ita abolita conjugum vel succes-
 sione vel jure utendi fruendi ad dies vitae, nihil praeter
 dimidiam adquestus superstiti vindicatum fuisse, rerum ju-
 dicatarum loquitur auctoritas ²²⁾.

¹⁷⁾ *Westhus* l. c. §, 13.

²²⁾ *Polack*

- 2) *Polack* in *systemate jurisprudentiae civilis germanicae antiquae* L. 1. c. 9. §. 9. *de Selchow* *elementa juris germanici privati* §. 471.
- 3) *Pütter* *elementa juris germ. privati* §. 24. & 25.
- 4) *Gildemeister* l. c. §. 4.
- 5) *G. L. Böhmer* *de juribus & obligationibus conjugis superstitis ex communiōe bonorum universali* §. 6. *C. O Graebe* *de communiōe bonorum in Comitatus Bentheimensi, & Steinfurtenensi* §. 1. seqq. *Westhus* l. c. §. 13.
- 6) *Westhus* l. c. §. 14.
- 7) *Hornbergk* *de communiōe bonorum inter conjuges nobiles atque illustres per Germaniam exule* §. 20.
Pütter l. c. §. 259.
de Selchow l. c. §. 471.
Ej. juristische Bibliothek. p. 2. p. 370.
Gildemeister l. c. §. 6. sq.
- 8) *Spec. Sax.* L. 1. art. 31.
- 9) *Speculum Suevicum* cap. 46.
- 10) *H. Senkenberg* *vom lebhaften Gebrauch der alten Teutschen Rechte.* p. 30. sq.
Kaestner *de defectibus juris communis in republ. Germ.* p. 68. sq.
Lang *von der Gemeinschaft der Güther unter den Eheleuten* p. 7.
- 11) l. c. §. 10.
- 12) *in Diss.* *de usufructu materno in Hassia atque diversis ejusdem causis, speciatim de communiōe bonorum, unione prolium, jure devolutionis, legibus denique atque statutis huc spectantibus,* Mar. 1777.
- 13) *Kopp.* l. c. §. 49.
Decis. supr. trib. Apell. Haf. Caf. T. II. D. 326.
- 14) *Sammlung der Hessischen Landes-Ordnungen* T. I. p. 23.
- 15) *Marburger Beiträge zur Gelehrsamkeit.* P. III. C. I. p. 1.
- 16) l. c. *der Marburger Beiträge* p. 10. sq.
- 17) *Hornbergk* *D. de habitu usufructus paterni in Hassia, prout per observantiam hodie floret, tam ad jus naturale & romanum, quam ad jus germanicum & jus Hassiacum*
C 2



facrum antiquius in specie indeque dijudicanda vera
ejus indole S. III. §. 24. p. 143.

¹⁸⁾ *Kuchenbeker* analecra Hassiaca Coll. IV. p. 29.

¹⁹⁾ *Kopp* l. c. in dem Beilagen zum 1ten St. N. VII.

²⁰⁾ D. de usufructu materno in Hassia atque diversis ejusdem causis §. 17 — 25.

²¹⁾ *Kopp*. l. c. §. 49.

²²⁾ Decisiones S. T. A. H. C. T. II. D. 326. n. 4.

§. III.

Ordinationis processualis anni MDCCXLV sanctio generalis.

Fuit ex eo tempore in Hassia, tantum non omni, singularis plane communionis bonorum conjugalis habitus. Etenim mortuo marito heredes ejus creditoribus unice tenebantur, vidua autem dotem reliquaue illata repetens, principem inter creditores locum sibi vindicabat ¹⁾. Atque si expuncto aere alieno omni superesset bonorum portio, stante matrimonio, labore mariti providaque uxoris cura parta, ea quidem, familiae quasi erciscundae judicio inter viduam heredesque mariti dividebatur, quodsi vero maritalis substantia haud sufficeret, quo creditoribus exinde fieret satis, vidua, illatis receptis, creditoribus nullo juris tenebatur vinculo ²⁾. Abrogavit ea placita, leoninam societatem redolentia, Ordinatio processualis anni MDCCXLV ³⁾ cavens: sollen — Mann und Fran, wann selbige gleiche Handthierung treiben, und der Gewinn ihnen beiden zu Nutz und Nahrung kommt, eins für das andere pfandbahr und die gemachte Schuld zusammen zu bezahlen verpflichtet seyn. Nititur ea sanctio aequissimo plane principio, haud ita coiri societatem posse ut nullius partem damni alter sentiat, lucrum vero commune sit ⁴⁾. Clare hanc rem loquun-

loquuntur verba proxime sequentia, quae uxori facultatem tribuunt sese liberandi ab obligatione solvendae dimidiae debitorum partis, modo vel pactis dotalibus vel procedente matrimonio re integra i. e. quoad facultates mariti solvendo acri alieno sufficiunt, dimidiae adquaeftus parti, vel coram iudicio competente eam rem actis insinuante, vel instrumento publico, praesentibus testibus fidedignis renunciaret. Jubet hanc in rem ordinatio laudata ^o): Will aber die Frau auf den künftige Erwerb währenden Ehestandes renunciiren und das Ihrige besonders und vor sich behalten, so bleibt solches zwar zu ihrer freyen Willführ gestellt; jedoch mit dem Beding, daß sie entweder bey der Eheveredung oder doch so lange noch res integra und der Mann solvendo ist, ihre Willensmeinung deutlich declariren und in foro competente ad acta geben, oder wenigstens ein instrumentum publicum vor glaubhaften Zeugen darüber errichten lassen muß. Conspirat denique, quae dicta excipit, legis sanctio, qua cavetur, uxores commune cum marito negotium haud exercentes, mortuo marito, nullam adquaeftus conjugalis partem ferre, nisi ante initum matrimonium, vel instrumento publico coram testibus fide dignis confecto, vel coram iudice competente ad acta fuerint professae, se, soluto olim matrimonio, debita, stante matrimonio contracta, omnia suscepturas fore. Verba ordinationis citatae ^o), quatenus huc faciunt, haec sunt: Haben alle die frauen, welche mit ihrem Mann keine gleiche Handthierung treiben, und dennoch an dem, was selbiger acquiriret, nach dessen Absterben die Hälfte zu lucriren gedenken, vor ihrer Verheyrathung und auf die Weise, wie im vorhergehenden §. versehen ist, sich antheilichig zu machen, daß sie die stante matrimonio contrahirte



Schulden bezahlen, und das incommodum mit dem commodo tragen helfen wollen. Widrigenfalls ohngehindert aller bisherigen contrairren Gewohnheit, nach denen gemeinen Rechten zu sprechen ist.

- 1) Decisiones supremi tribunalis Appellationum Hasso Castellani, T. II. D. 326. n. 4.
- 2) Ibidem.
- 3) §. 38. Sammlung der Hessischen Landes-Ordnungen B. 4. S. 900.
- 4) L. 29. §. 2. D. pro focia.
- 5) §. 39. Sammlung der Hessischen Landes-Ordnungen I. c.
- 6) Sammlungen 2c. I. c.

§. IV.

Inter quos conjuges communio bonorum lege obtineat.

Ex dictis itaque prono fluit alveo, probe secernendas esse varias conjugum species, sicubi de communione bonorum conjugali Hassiae nostrae movetur quaestio. Quotquot enim communem negotiationem exercent, lege jubente, communione adquaestus utuntur, ita tamen ut uxori integrum sit, renunciatione legitime adhibita, sese onere solvendi aeris alieni stante matrimonio conflati liberandi. Quotquot e contra communem negationem haud exercent, inter eos communio lege statuitur nulla; integrum tamen nihilominus uxori est, recipiendo legitima declaratione debitorum durante matrimonio contractorum solutionem, sibimet communi adquaestus commodo providendi. Atque primo intuitu vix dubio videtur relictus esse locus, quos conjuges consortium negotiationis intercedat, quive, hoc censu habendi sint? Neutiquam verum, re pensulatus perspecta fatearis necesse est, graviora cir-

ca

ca determinandam diversam hanc conjugum conditionem suboriri posse dubia. Digna visa est controversa haec patrii juris quaestio, quae principis rescripto decideretur. Sanxit eam in rem *Guilielmus VIII.* d. XXIX. Decembris a. ciorccclii, ¹⁾ communis negotiationis nomine intelligenda esse negotia der Gewandschneider, Kramer, die zu Gewölbe oder Kram sitzen, oder gemeinen Kaufs warten, Wechseler, Brauer, und Bierschenken, offene Wirthe, die gemeiniglich fremde Leute und Gäste halten auch die zu offenem Markte sitzen oder zu handeln pflegen.

Neque tamen ipsa haec interpretatio authentica sufficit ad evitandas lites, super ea, de qua agitur conjugum qualitate, oriundas. Sequuta itaque est a ciorccclxvii. alia ²⁾, eaque generalior, qua statuitur conjugibus ejusdem negotiationis accensendos esse Gewandschneider Kramer, die zu Gewölbe oder Kram sitzen, oder gemeinen Kaufs warten, Hófer, Wechseler, Brauer und Bierschenker offene Wirthe, die gemeiniglich fremde Leute und Gäste halten, auch die zu offenem Markt sitzen oder zu handeln pflegen etc. Und überhaupt regulariter alle Bürger und Bauern.

¹⁾ Sammlung der hessischen Landesordnungen. B. F. S. 59.

²⁾ Ordnung von Verbesserung des Justizwesens. S. 27. Sammlung 26. B. 6. S. 408.

§. V.

Num probationi contrarii locus sit?

Quam ex communis negotiationis indole leges patriae deducunt adhaerentibus debitorumque inter conjuges communionem, ea aequissimo innititur principio, aequis partibus esse dividendum, quod communi conjugum labore, providave alterutrius cura, rei fami-



liari accessit compendium, unde legitimo nexu, sua sponte descendit aeris alieni, stante matrimonio conflati, communio. *) Ut autem, regulam sequendo, dubio careat conjuges, & cives & rusticos juncto labore junctaque cura sibi parare vitae subsidia bonorumque, si quae sint, augmenta, tamen anceps moveri posset quaestio: num uxore ejusmodi sortis, negante sibi ex communi negotiatione quid commodi obvenisse, creditoribus contrarii imponi debeat probatio, atque ea peracta demum uxor de aere alieno iisdem teneatur. Atque hanc quaestionem clare decidit rescriptum ad quod supra provocavimus anni MDCCCLII *) , quo cavetur: Daß die Creditores mit keinen fernern überflüssigen, und mehrentheils schweren Beweis beladen; sondern die gemeinschaftlich gemachte Schulden von beyderseits Eheleuten gesamunter Hand bezahlt werden sollen, weilten aus ihrer getriebenen Handtierung die völlige Vermuthung entsteht, daß der Gewinn ihnen beiden zum Nutzen und Nahrung gekommen. Quam legis sanctionem dum cogito sponte tua sese mihi offert affinis plane quaestio, num uxori, eandem cum marito negotiationem exercendi concedenda sit probationis venia, nihil sibi ex communi eo vitae genere lucri obvenisse; (daß ihr der Gewinn nicht zu Nutz und Nahrung gekommen) neque, si quid video, dubium recipit probationi ejusmodi locum dandum haud esse, potius ex communi negotiatione descendere praesumptionem juris lucri quaestusque percepti. Praeter quam enim quod verba legis (völlige Vermuthung) id satis clare innuant, rationique legis, de favore creditorum unice agentis idem apprime conveniat, ita, ut nihil de gravi negativam probandi onere dicam, vel hoc argu-



argumento sufficit quod quemadmodum uxor honoratior communem cum marito negotiationem haud exercens, legitime suscepto aeris alieni matrimonialis onere, creditoribus indistincte teneatur, etsi de lucro percepto cogitari nequeat, ita nec melioris hactenus conditionis esse possit mulier ejusdem negotiationis, statuto obligata.

¹⁾ §. 3.

²⁾ Sammlung der Hessischen Landes-Ordnungen. B. 5. S. 59.

§. VI.

*De obligatione uxoris in communione bonorum constitutae solvendi
aer alienum matrimoniale.*

Quod aequitate ipsa praecipiente lege supra proposita stabiliri vidimus principium, conjuges commodi ad quaestus connubialis participes, incommodorum quoque, aeris alieni puta, esse debere socios, illud ipsum ad casus obvenientes applicandum vel eos qui eximia patrii juris censentur peritia in varias distraxit sententias, Equidem omnium primo anceps erat quaestio utrum ea legis sanctio ad debita communi utriusque conjugis nomine contracta esset restringenda, vel ad ea quae pertineret nomina quae maritus maxime, in communis rei familiaris utilitatem, inscia tamen uxore fecerat. Neque ea lite decisa dubio omni locus ademptus fuit, alia haud levioris momenti questione emergente num uxor in solidam de integro debito vel parte ejusdem quota teneretur. Atque vel ea quaestione composita, gravissimum superest argumentum, in quo dubius haereas, nempe utrum uxor ad solvenda debita stante matrimonio contracta teneatur principaliter maritali substantia expungendo aeri alieno sufficiente, utrum eo nomine in subsidium demum obligata sit, adeoque non

D

nisi




nisi eatenus teneatur, quatenus creditores ex bonis mariti solutionem haud consequi possunt, salvis sibi nihilominus dotis paraphernorumque juribus.


§. VII.

Num de debitis inscīa ea contractis teneatur.

Quodsi quaestionem propositam ex verbis legum haftenus adlararum decidendam duxeris, parum abest quin eandem affirmandam esse putes. Quemadmodum enim Ordinationes anni CIOIOCCXLV. 1), & CIOIOCCXLVII. 2) generatim praecipiant debita stante matrimonio contracta conjunctim a conjugibus in communione bonorum constitutis esse solvenda, quippe quorum alter pro altero teneretur, vim quaedammodo tam clarae sanctioni inferre videntur, qui obligationem illam generalem ad debita communi utriusque conjugis consensu contracta restringunt. Tantum enim abest, ut leges citatae ex consensu uxoris ad contrahenda debita obligationem ad eadem solvenda deducant, ut potius apertis plane verbis eandem ex communis negotiationis indole derivent, cui argumento vel hoc potissimum accedit, quod ex juris communis placitis si mulier crediti instrumento proprio viro consentiat, id nullatenus valeat, nisi pecuniae in mulieris utilitatem expensae sint, ideoque consensus uxoris jure posse videatur negligi. Neque etiam verba rescripti anni CIOIOCCCLII. quae supra 3), adduximus adeo clara visa sunt harum rerum intelligentibus, ut Domitiana videretur quaestio, num debita ab alterutro conjugis, marito maxime familiae quippe capite, inscīa uxore, in rei familiaris utilitatem contracta, debitis communi nomine contractis, ceu aes sociale, accenseri debeant. Sa-
ne



ne quemadmodum uxor lucri a marito eadem in scia quaesiti particeps fiet, ita aequissimis societatis regulis exacte plane respondere videtur, ut & damni obvenientis partem ferat, ut ut in scia eadem contingentis. Imo cum maritus (Lauterbachii verba sunt) ⁴⁾, societatis conjugalitatis sit praepositus, & ex ejus contractibus uxori dicto modo adquiratur, aequum omnino videtur, ut si maritus in causae, quae ad societatem spectat, contrahit, & exinde alteri aliquid debetur, debitum quoque illud fiat commune, ita ut uxor quoque ad illud obligetur. Accedit denique gravissimi ponderis argumentum ex ipso jure patrio desumptum. Cum enim leges nostrae uxori in communione adquestus conjugalitatis constitutae indulgeant, ut adhibito tempestivae legitimaque renunciationis beneficio, sese ab onere solvendi aeris alieni liberare queat, idem ipsum beneficium ad debita saltem in scia eadem contracta pertinere juris rationi optime convenire videtur, cum debitorum communium nomine teneatur correaliter, neque obligationi eo modo susceptae renunciare eidem integrum esse queat. Verum tamen cum diversa plane sit societatis atque communione bonorum, particularis maxime, indoles, durumque omnino videretur, uxorem ad solvenda debita indistincte obligatam, ad incitas redigi, maxime quod facillimo plane negotio creditores sibi met prospicere queant, marito aes alienum contracturo uxoris consensum urgendo, neque otiosa fiat, quam uxori indultam vidimus, renunciatio simul ac eam ad debita, saltem communi nomine contracta obligatam esse ponas, cum mulieribus communem negotiationem cum marito haud exercentibus, iisque, quae in communi negotiatione degentes legitime ad quaestum renunciarunt, tametsi viro, crediti in-



strumento, consentiant, praesto sint Latii juris beneficia, adeo ut subducta uxore maritus solus teneatur, obligatione correali nihil creditoribus opitulante⁵⁾, placuit ut uxores in communiione, ad quaestus constitutae pro debitis saltem ipsis consentientibus contractis teneantur, neque eorum nomine quae maritus solus contraxit adversus eas moveri queat actio, ut in rei familiaris utilitatem fuerint contracta. Stabilivit eam sententiam Decisionum supremi tribunalis Appellationum quod Cassellis est, auctoritas⁶⁾, usuali interpretatione firmata, cui novissime plane accessit authentica specialis. Quum enim in comitis provincialibus quae Guilielmo Hassiae Principes inter id nominis nono regimen auspiciente bonis avibus congregata fuerunt, id communi ordinum provincialium nomine offerretur desiderium⁷⁾ ut quam supremorum iudiciorum auctoritate modo stabilitam diximus, sententia aboleretur, principali auctoritate sancitum fuit, resolutione clementissima data XII. Maji MDCCCLXXXVI: Da Serenissimi Hochfürstliche Durchlaucht den Antrag der Stände wegen der Gemeinschaft des Erwerbs und der Schulden unter den Eheleuten zu willfahren nicht gnädigst geneigt sind, vorab es einem Creditori immer leichter fällt sich dadurch vorzusehen, daß er die Einwilligung der Frau seines Schuldners zur Bedingung sich macht, als dieser, zu verhindern, daß der Mann hinter ihr her Schulden contrahiret: so hat die Landtags-Commission dieses dem Erbmarschall von Niedesfel zur fernern Mittheilung an die Stände bekannt zu machen.

¹⁾ v. supra §. 3.

²⁾ Sammlung der Hessischen Landes-Ordnungen B. 6. S. 408.

³⁾ v. supra §. 5.

⁴⁾

- 4) D. *Regulatio univ. in univ. notis* 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.
- 5) *Dacifiones supremi Tribunalis Appellatonum Hasso Cas-*
sellani T. II. D. 326.
- 6) *Dec. S. T. A. T. II. D. 326.*
- 7) *En verba.*

